

Ex his constat non esse audiendum Cevallos ubi proxime citato loco, tanquam sibi contrarium, qui quidem sub n. 291, dixit, quod quando agitur lis super reformatione alimentorum ab antiquo constitutorum, esse licitam appellationem, at verò in num. 915, dixit, quod quando lis vertitur super moderatione congruæ ab antiquo constitutæ, ut Episcopus appellationi deferre non teneatur, quid enim quæso, aliud est congrua rectori consignata quam alimenta? inter se non differunt nisi tanquam genus & species, imò eisdem regulis promiscuè submituntur, & patitur in his prohibetur appellatio propter unammet rationem, quæ utroque casu militat, ut & nos probavimus in toto hoc capite, & ipse etiam agnoscat, & merito congruam passim vocat alimenta, si igitur imò de ratione, & reformatione alimentorum admittit appellationem, cur contrarium dicit in reformatione congruæ, ab antiquo pariter consignatæ: maximè quia citat ad hoc ultimum Flores de Mena in d. q. 24. n. 3. qui quidem id non dixit in reformatione, & diminutione congruæ, sed solum quando agitur ad augendam eandem tanquam insufficientem, qui est casus diversus, ut mox videbimus.

In secundo autem casu principali, quando agitur ad augmentum congruæ ex antiquo constitutæ, ut puta; quando rector ex aliqua justa causa dicit, non esse congruam sufficientem ad ejus commodam sustentationem, & hac de causa petit pensionem reformari, causativè scilicet, & incidenter, quò casu si ordinarius sententiam tulerit, qua auget congruam, & per consequens minuit pensionem in augmento, ab hac sententia pensionarius appellans non erit admittendus; nec ejus appellatio oblitabit, quominus sententia ipsa in augmento novo executioni mittatur, sicut in principali, nec tunc non deferens ordinarius vim faciet.

Et ad hanc opinionem justè moveor: primò, ex celebri glossæ determinatione in cle. verbo, oneramus, de jure patr. docente, quòd si sit contentio super congrua portione ab antiquo assignata, quæ à Rectore allegatur minùs sufficiens, nec ex ea possit sustentari competentè, & Episcopus justam judicans petitionem augendo congruam, majorem assignet, & ab hujusmodi assignationis augmento contigerit appellari, Episcopus minimè teneret deferre appellationi, quoad effectum suspensivum, quia est sibi onerata conscientia, & ex aliis rationibus per eam, quarum supra meminimus, quam quidem glossam nostrum casum determinare videtur.

Secundò & pro hac parte, fortissimum, & indissolubile facit fundamentum, nam privilegium tollendæ appellationis in causa alimentorum non solum procedit quando ex integro ipsa alimenta petuntur: verum etiam, quando aliqua eorum pars duntaxat, puta; habitatio, vestitus, vel quando cum sibi necessaria sint centum, præsentur sexaginta, & agat pro aliis quadraginta, quæ sibi deficient, ita ut ab hoc augmento pariter sit prohibita appellatio, ac in toto; juxta text. dispositionem Ulpiani, in l. cum ii, in princ. ff. de transac. & probant in expresso Paul. Castr. ibi nu. 5. Corduba à Lara de alim. in §. si vel parens, n. 30. Surd. eod. in tract. tit. 8. privil. 60. n. ... & nos adnotavimus cap. precedenti in princ. in 2. declaratione n. 7. ergo pariformiter dicendum est in nostro casu, in quo appellatur à consignatione totius congruæ, ut superius probavimus, ita nec ab ejus parte augmentata, quia idem augmentum est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, l. quæ de tota ff. de reventidione.

Tertio corroboratur mea opinio, nam augmentum regulatur secundum naturam sui principalis, & idem est de una ad aliud argumentum, l. si ex toto, & l. quòd in verum, §. si quid post, ff. de leg. 1. & ideo augmentum dotis iidem privilegiis, & regulis judicatur, quibus ipsa dos, l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pactis dot. l.

etiam C. de jure dotium, ubi Bald. ibi n. 2. not. Aretin. in l. si in testam. ff. de regul. Ill. in rubrica, ff. solut. matrim. col. fin. Natta consil. 253. nu. 4. latè Rolan. in tract. de lucro dotis quest. 100. sed hæc consignatio alimentorum & congruæ illam habet naturam, & privilegium; ut appellatio careat suspensivis, ergo & in augmentum eorum idem debemus cõfiteri privilegium.

Quartò corroboratur hæc pars ex illa celebri doctrina Cyni in l. si quis ex consensu, C. de Episcopali audien. docentis, quòd si à sententia lata ex jurisdictione ordinaria, non potest appellari: pariter nec poterit appellari à sententia lata ex jurisdictione prorogata, ut tenent gl. & DD. in c. penult. de off. delegat. & quòd à sententia judicis prorogati appellari non possit; quando aliàs ab ejus sententia appellari non potest, tenet in specie B. in l. Episcopali, C. de Episcopali audientia Ang. in l. 1. 2. col. ff. de judiciis post Cynum in d. l. ex consensu, idem firmans sequitur Ill. in l. si quis adversus C. de precibus Imperat. offerend. ubi subdit, esse diligenter notandum; quando si propter dignitatem personæ non potest ab ejus sententia appellari, ut procedat etiam ex prorogatione, vel ex commissione partium ipsa sententia feratur, per text. in d. l. Episcopali, & ibi allegat Angel. ubi sup. & ita sequitur consulendo Decius in consil. 3. & in consil. 25. & ita fuisse judicatum in consilio Neapolitano, testatur Thom. Grammatica in decis. 9. per tot. & ad id moventur Doctores ex doctrina superiori fundamento adducta, ut idem sit judicium de augmentato, quod de ipso augmento, & quia ista jurisdictione prorogata, & augmentata non est diversa à prima, sed eadem extensa, ut in precario dicitur, ex text. in l. sed & si manente, ff. de precario, & in jurisdictione prorogata probat l. meminisse, ff. de off. procons. & leg. ergo & in augmento portionis appellatio prohibita intelligitur, sicut & in augmentata congrua.

Nec huic inconveniens est illa qualitas reformationis pensionis, quæ simul concurrat in sententia cum ipsius congruæ, & alimentorum augmento, quasi illa permitat appellationem, ut supra diximus, quoniam hæc mixtura accitit in consequentiam, & incidenter, puta; nam cum demus augmentum necessarium, consequenter inducitur diminutio in eadè pensione etiam si nihil in sententia de pensione tractetur; quamvis enim sententia sit stricti juris, ex vi tamen attractiva, continens unum, indistinctè trahitur ad illud, sine quo illud unum, super quo lata est, non potest sortiri effectum, ut dicit Angel. consil. 257. sub n. 6. quem sequitur Rota decis. 150. n. 51. 1. part. diversor. ubi n. 2. dicit, non solum procedere in sententia, verum & in libello, ex his quos allegat, maximè, clericis siquidem, qui de augenda portione incongrua insufficienteque, nec correspondente vitæ humanæ necessitati, agit, accipiet supplementum aliunde, etiam si non sit de pensione deductum, & sic causativè & accessorium ei præjudicium generatur, cum principaliter tractetur de congruæ augmento, & semper attendimus quod principaliter agimus, l. de unoquoque, ff. de re judic. & cum congruæ augmentum sit causa diminutionis pensionis; ipsius solam naturam, & qualitatem attendimus; quia jus potentius operatur in causa quam in causato, cle. 1. de reliquiis & vener. Sanct. Paul. Castr. consil. 129. vol. 1. & plus influit causa in se ipsa, quam in causato, & attenditur potius quàm exercitium actus, Felin. in c. auditis n. 20. de præscriptione. decisio Genuens. 28. n. 2. & est text. in l. navis 33. onusta in 1. responsio, ff. ad l. Rhodiam de jactu; nam quando aliquid est propter aliud, potentius est in consideratione illud propter quod est, l. & si non sunt clavi 21. §. perveniamus ff. de auro & argento lega. l. tempus 29. ff. de re jud. & sic succedit à nobis satis comprobata doctrina sup. 2. p. c. 7. quòd quando in sententia concurrunt duæ qualitates contrariæ, una permissiva appellationis, alia prohibitiva, & una est alteri accessoria, hæc sunt prin-

principalis sequitur naturam, in cujus comprobationem elegantes doctrinas adduximus à num. 101. cum seqq. in d. c. 7.

Et etiam ex alia doctrina, quam pariter ibidem descripsimus à num. 45. & seqq. quod quando dictæ qualitates contrariæ, æquè principales concurrunt circa unum & idem inseparabile, & indivisibile, qualitas prohibitionis præponderet, & quando isthæ duæ qualitates forent æquè principales (quod negamus) cum concurrant circa rem rem inseparabilem & indivisibilem, siquidem ex augmento congruè resultat tacite diminutio & reformatio pensionis, & non possumus dare executionem in augmento, quod non demus etiam executionem in diminutione pensionis, nec possumus dare appellationem suspensivam à reformatione, quæ non operetur in congrua contra suam naturam, quia generatio unius est migratio alterius, & sic cum unaquæque qualitas non possit operari in sua natura absque præjudicio alterius, negativa sola prævalet, ut in d. c. 7. latè probavimus, ad cujus fundamenta te remitto, in 2. p. supra à n. 45. cum multis seqq. ubi articulus iste satis per disputationem lucefcit.

Quæ sententia ita tenenda est in hac quæstione, licet Flores de Mena in pract. quæst. q. 14. eam tetigerit, & contrariæ videatur adhærere num. 5. nullo ad id adducto fundamento, sed tantum allegat Rebuffum & Huigant. de pens. de quæst. 94. circa fin. qui tamen in nostra quæstione nihil loquitur, sed tractat tantum, quando agitur de reformatione pensionis ex aliqua causa, quo casu fateor appellationi locum esse, ut superius dictum est, non tamen loquitur, quando agitur propter augendam congruam, tanquam insufficientem ad reformationem pensionis, quæ est nostra quæstio. Sed adhuc non requiescens ipse Flores prædictæ opinioni, dicit n. 12. quòd si congrua ab antiquo rectori assignata per tractum temporis ita facta esset exieua, ut ipse magnam inopiam patereur per viam provisionis sibi deberet decerui congrua sufficiens, imò & si assignata per sententiam non esset excessiva, posset judex appellationi non deferre quoad effectum suspensivum. Illum etiam sequitur nihil addito Ceval. in contra comm. in epist. ad regem num. 923. sed adhuc ille vir agnosceus similem reolutionis imperfectionem, illam terminandam judicis arbitrio relinquat. At mercede si nostra fundamenta consideraret, quæ aperti juris regulas demonstrant, non ita inconstanter responderet, sed coniventibus oculis nostræ huic acquiesceret; maximè cum fundamentis, quæ adversus suam urgebant, ab eo ibi adductis minimè satisfactis, nam illa doctrina, quæ ille omnibus satisfactis; nempe, in hoc casu agi ad reformationem pensionis jure actionis, non officio judicis: minùs vera est, quando agitur ad reformationem hac de causa scilicet; quia tractatur de augenda congrua exigua; etenim pariter Prætor in supplemento alimentorum interponit officium suum, & sic in parte sicut & in toto, ut probat text. in l. cum ii, in princ. ibi ejusdem pratorio notio erit, & c. ff. de transac. & probant DD. qui affirmant in parte alimentorum petitæ appellationi non esse deferendum, quorum nos paulo antea mentionem fecimus; quod procedere minimè potuisset, si non officio judicis, sed jure actionis preteretur, ex his, quæ dixi cap. precedenti ad ultimam declarationem n. 13. maximè cum casu hoc nullo modo potest considerari causa, unde provenire possit Rectori jure actionis, nec ex Bulla reformationis pensionis ex illa clausula ( dummodo centum remaneant pro Rectore, & c. ) hoc inducitur, cum illa potius in favorem Rectoris, & ad majorem confirmationem, & corroboracionem sui juris sit inducta, non autem innovando officium judicis à jure concessum, quod erat Rectoris, ex his, quæ latè circa innovationem officii judicis, diximus supra cap. precedenti, nec Rectoris juri quidquam

clausula detrahit, cum imò sit in ejus favorem appositæ, faciunt expressè dicta cap. preced. à num. 35. ubi quòd ex hac ratione officium judicis, non amittit suum privilegium.

Et adverte, quòd, ea quæ hucusque diximus, nempe appellationem suspensivo carere, nec vim fieri, si interponantur ab augmento congruæ etiam si ex eo resultet reformatio pensionis: multo fortius excedit, & habet locum in augmento petito in alimentis, quando insufficientia allegantur ex aliqua justa causa; putè quia decreverunt fructus, vel aucta est familia, quia tunc posse peti alimentorum augmentum, etiam si filius priùs factam taxationem approbasset, consensisset, quia semper in hac materia intelligitur rebus sic stantibus, ut elegantissimè potes videre per Rotam dec. 341. in novissimis recollectis per Farinacium (ubi alias rationes adducit ad petendum argumentum hoc) de quo latè Marquess. de commiss. 1. p. c. 18. à num. 88. Palacios Rubeus in rubr. de dona. inter. not. 3. §. 23. num. 7. fol. 354. Surdus de aliment. tit. 5. quæst. 7. num. 59. Albert. Brunus in tract. de augm. concl. 12. num. 5. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 237. n. 5. latius dixi infra 4. p. c. 7. vers. ex quo fonte sunt, à num. 88. & c. ex his quæ diximus in secundo usque ad quartum fundamentum, quia tunc hæc qualitas negativa appellationis adest sola in sententia assignante augmentum absque alia, quæ permittat, & dicet oppositum, & sic nihil mirum, ut sua qualitas liberè operetur appellationem impediendo. Et unum te admoneo, ut congruè assignatio locum, cum non habet in simplicibus beneficiis, quia cum clericus tunc non sit adstrictus ad onus curæ, cessat causa & fundamentum præstationis, & solutionis congruè quod est necessitas & onus curæ, ut tenet Rebuff. in tract. de congrua portione, n. 68. & tenet Rota decis. 83. num. 21. p. 2. diversorum, ubi aliam allegat, & testatur ita pluries decidisse Rotam; & faciunt quæ Surd. de alim. tit. 1. q. 6. per tot.

Accedendo jam ad tertiam capituli partem scilicet, an ab assignatione congruæ ab ordinario facta coadjutori dato Rectori impedito, vel imperito, & illiterato, appellationi non deferens, violentiam facere dicatur ordinarius. In quo illud supponamus, quòd Rectori, beneficii, qui senio, morbo perpetuo, & incurabili factus est inutilis, & impeditus ministrare, suumque officium exercere, adhibetur coadjutor temporalis, non perpetuus, nec cum futura successione, qui pro eo minister, & officium exerceat; non tamen hic clericus suo est privandus beneficio, sed solum ei dictus coadjutor dandus est, dando ei stipendium, & congruam portionem pro victu de fructibus beneficii. Ita probat text. in c. de Rectoribus c. ex parte fin. de clerico agrotante c. 1. eod. tit. in 6. c. petisti 7. q. 1. c. 1. de supplen. negl. pralato, in 6. & disponit Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 7. 43. Bonifa. in c. cupien. de pœnis num. 46. Staphileus de literis gratia tit. de modis provisionis n. 22. Rebuff. in praxi tit. de proba. benef. imper. nu. 59. Corralius de bon. 1. part. cap. 7. n. 5. & 3. p. cap. 6. num. 7. & 8. Lancelot. instit. canon. lib. 1. tit. c. de coadjutore §. 1. & vir. Navarr. in c. 1. de cler. agrotan. Petrus Gregor. synt. agm. juris tit. de beneficiis c. 7. num. 13. & Suarez tom. 5. de cens. disput. 51. sess. 2. ad fin. Gonzal. ad Regul. de mens. gloss. 5. §. 9. n. 31. Gamb. de offic. legati lib. 5. tit. de coadjutor. n. 11. Escobar. de ratio. c. 28. à n. 26. quia respondent, præcipuè Navar. Lance. 44. lot. & Suarez ad text. in cap. tua nos, de clerico agrotan. in illis verbis ibi, ab administratione; & officio debeat removeri: ut intelligatur amotio quoad exercitium duntaxat, quod & etiam posse facere Episcopum etiam in Parochis exemptis propter identitatem rationis; firmant Zerola in praxi Episcopali p. 1. verb. Parochia §. 7. Hier. Gonzal. ad regul. 3. Cancel. ubi proxime n. 29. P. Valeria Regin. in praxi, fori pœnitentialis lib. 30. tractat. 3. n. 172. Barbof. in remiss. ad Trid. sess. 21. cap. 6. n. 1. qui cum

com Gonzal. firmat, hunc Parochum etiam dato ei coadjutore non excusari a residentia beneficii, adducunt declarationem Cardinalium & ab hujusmodi congruè deputatione appellationi quoad suspensivum effectum minime esse deferendum, probat ex juribus & rationibus, quæ ad prin. hujus capituli adduximus in discursu.

Et probatur etiam ex eo, quod hodie in sacro Concilio Tridentino, sess. 21. de reformat. c. 6. in hæc disponit:

46 Quia illiterati, & impediti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris muneribus apti sunt officii, & alii, propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruunt, quam edificat: Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis & imperitiis (si aliis honestæ vitæ sint) coadjutores, ut vicarios pro tempore deputate, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione & exemptione remota, &c. & ex hoc decreto Rota in una Detucensi Archipresbyteratus 16. Novembris 1594. coram Penna resolvit: deputationem coadjutoris, ab ordinario vigore istius decreti, non esse attentatam; etiam sit executâ post appellationem interpositam à sententia ejus, qui judicialiter processit, &c. quam refert Nicolaus Garcia de benef. 4.

47 part. c. 5. n. 8. qui n. 10. ex declaratione Sanctæ Congregationis advertit, hoc decreto tolli duntaxat appellationem quoad effectum suspensivum, non tamen quoad devolutivum; & quia causa imperitiis vel impediti assimilatur, quia sunt casus à jure æquiparati, cum ex utroque impedimentum oriatur exercitio officii, c. nisi cum pedem. de renuntiat. cap. illiteratos 36. d. cap. 1. 3. d. c. cum ex eo, de electione in 6. c. quia frater. 7. quest. 1. & quales dicantur illiterati, vide latè Menoch. de arbitr. jud. casu 425. à nu. 51. & sup. fol. 384. & de materia coadjutoris temporalis vide supradictos omnes DD.

De quarta autem parte capituli tractaturus, hoc est, de congrua œconomia, & Vicario Ecclesiæ vacanti deputato designata: an ab ea appellationi interpositæ ordinarius vim faciat, non deferens, pariformiter, quod & in superiori casu terminandum esse, moveor, ultra supradicta, ex dispositione text. celebris in c. cum vos de officio ordinarii, ibi, Fratritati vestræ mandamus, quatenus, si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ præsentantur, vel alia de causa de jure, personas non poteritis in eis instituire: appellatione remota ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere; & eos aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare, &c. & idem quando inter Patronos & Episcopum radix dissensionis emergit, ex eodem text. & l. 1. tit. 1. §. p. 1. & an hoc ultimo casu durante lite currat tempus, patronis datum ad præsentandum, Episcopusque debeat hunc œconomum apponere, vel potius totum providere consule Lapum allegatione 78. quest. 5. nu. 1. 5. Rochum de Curte de jur. pat. verb. honorificum, num. 54. Zerolam in praxi Episcop. 1. part. jus patr. ad 5. & charum mihi Perez de Lara in tract. de anniver. & capella. lib. 2. cap. 9. à nu. 37. ubi eleganter contra alios resolvit œconomum constituendum, multa elegantia praxim in medium profertens.

53 Ex quo text. inferitur ad Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 18. dum disponit, quod Episcopus debeat statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Et idem statuit Pius V. per motum proprium in conferendis transcriptis verbis Concilii, & ita etiam censuit Sancta Congregatio Concilii per quandam declarationem factam ad instantiam Capituli Toletani anno 1577. quam ad literam refert Nicol. Garcia

de benef. 8. part. cap. 2. num. 8. quæ ita ait, in versiculo tertio: (Et in specie statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, & antequam ullum fiat examen constituatur idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione, reservatis reliquis fructibus iis quibus verè debebuntur, hic autem Vicarius sic positus ejusdem Parochialis onera sustinebit, donec de rectore provideatur, &c.) qui quidem Vicarius, & œconomus non potest constitui is, qui in concursu, uti dignior magis ab Episcopo est electus ad beneficium, nec ejus administrationi se inferere potest ante factam collationem, uni ab ordinario vel à Pontifice in reservatis, nanciscaturque ejus virtute, & capiat possessionem beneficii, ex text. in cap. avaritia de elect. in 6. quod procedit in quibuscumque Beneficiis, ut videre est ex his quæ latè per Garc. ubi proxime à n. 21. & in p. 11. c. ult. dub. ult. num. 216.

Et non solum ab assignatione congruæ appellari non licebit ex supradictis hucusque, quia foret appellare ab alimentis, verum nec etiam ab ipsa Vicarii, seu œconomii constitutione, ex d. cap. cum vos, de off. ordina. quia in ea viget periculum animarum, ratio propter quam à provisione principali Parochialis appellatio non suspendit, ut indicant verba ejusdem Concilii & motus proprius ibi, debet statim habita notitia, &c. quæ celeritatem inducant, & supponunt periculum, cui vult per contrarium obviare. Et quoniam concilium in illis verbis: debet statim, &c. disponit necessitatè Episcopo, & appellatio in hoc casu foret à juris clari dispositione; & ab eo, quod fit secundum Canonicas sanctiones, cui nullatenus est deferendum, dicemus infra suo loco Deo dante cap. 6. Et hanc deputationem non solum ei facere licebit, habita notitia vacationis & ante provisionem; verum etiam post eam factam, & pendente appellatione ab illa, ut apparet ex d. Conc. decreto ante fin. in illis verbis loquendo de appellatione ab ea dicit: Alioquin Vicarius quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsitan postea deputabit, ab ejus Ecclesiæ custodia, & administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri probatus, & electus fuerit, ut supra sit provisum, &c. vide n. 61. & 62. & si hoc est innovatum, permisum à lege, quod non revocatur, ut alibi dixi.

Quantitas autem congruæ, constituendæ Vicario perpetuo vel temporali, qualis sit, Episcoporum arbitrio relicta est, ut apparet ex decretis Concilii Tridentini, in princ. hujus capituli adductis, & quæ etiam in discursu hodie autem Pontifex maximus Pius V. in Bulla 16. inter motus proprios fol. 55. per quam restringitur iudicis arbitrium, quinquaginta usque ad centum, in illis verbis (Ita se contineri, & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa comparatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus, communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi Vicarius temporarii solitum fuisset plus assignari live in quantitate, & quora fructuum pecuniaque numerata, &c.) & secundum hanc dispositionem esse hodie faciendam taxationem hujusmodi, advertit Ceval. in contra comm. quest. in Epist. ad Reg. 9. 6. de qua re latè post alios Camp. divers. jur. rubr. 7. cap. 6. n. 116.

Circa ultima autem verba motus proprii ibi, nisi in Vicariis temporariis, &c. quod et si S. Congreg. super illis verbis Conc. Trid. c. 18. ibi, cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione, sic censuit: duorum aureorum pro singulis mensibus visa fuit congrua portio: tamen ibi dicit: Iterum Congregatio respondit ad hæc omnia referenda ad congruam portionem, & stipendium arbitrio ordinarii, & sumendam ex fructibus percipiendis, nisi aliqua personæ sint jure obligatæ ad supplendum aliunde: vide latissime per Joan. Hier. Cam. ubi proxime per multos numeros, & DD.

Ac

59 Ac ideo rectè respondit Navarr. conf. 5. de off. ordin. quod Vicario Parochiali Ecclesiæ vacanti simpliciter dato non omnes fructus, sed congrua portio arbitrio ordinarii justè determinanda debetur; nec Episcopus à principio posset omnes fructus eisdem assignare, nisi omnes essent necessarij ad congruam portionem. Nec prædicta declaratio de duobus aureis tollit, quin si pro loco, & tempore videatur plus necessarium ad congruam portionem, quam duorum aureorum, pro singulis mensibus assignari possit, cum in hoc possit dari certa regula, omni loco, & tempore, & ut beue dicit Nicolaus Garcia de ben. 9. c. 2. num. 17. & supra, ab hujusmodi autem taxatione facta per Episcopum quando sit vel, non appellationi deferendum, jam diximus supra n. 9. in Parochialibus verò Ecclesiis congrua videtur esse centum ducati juxta dispositionem Concilii Tridentini, sess. 24. de reformat. cap. 13. ubi dicitur quod pensio non constituatur in beneficio Parochiali, si ejus valor non excedat centum ducatos, Flamin. Paris. de resign. lib. 6. quest. 2. n. 21. & ita communiter in gratia pensionis hujusmodi beneficii apponitur clausula ( dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro Rectore, &c. ) & vide declarationem Concilii super d. cap. 13. & quemadmodum liberi dicantur: vide Nicol. Garcia de benef. cap. 5. à n. 372. post alios, quod tamen intellige quando hæc congrua centum ducatorum assignatur ipsimet Rectori duntaxat, quia de Vicario dic ut hætenus.

61 Illud obiter annotare potes, quod Vicarius ad nutum amobilis, non potest amoveri ante finitum anni servitium, tenent Rebuff. in praxi benef. lib. 2. tit. de dispensatione, non residen. n. 18. & tom. 3. ad ll. gallica. tit. de mater. possess. in benef. art. 9. unica in præfatione. Barbos. in remis. ad Trid. sess. 7. cap. 7. de reform. n. 6. fol. 20. Flores de Nena. variar. resol. lib. 1. quest. 10. n. 34. Gutier. de jur. confirmat. p. 1. cap. 58. n. 15. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 167. num. 22. cum seqq. qui per totum exactè tractat de aliis quibuscumque officialibus ad notum amobilibus sine causa non amovendis, sed de Vicario deputato parochiali, donec de rectore provideatur juxta Concilii Tridentini. dic ut supra dixi per illud n. 56. ad finem.

63 Accedit jam solvenda difficultas, in quinto loco hujus capituli proposita, à sententia lata in causa, & iudicio decimarum, appellationi interpositæ an sit deferendum. In quo & jus & Doctores concordés invenio, si quidem text. in cap. una nobis 26. in ord. de decimis postquam comparavit, & fecit argumentum à decimis ad tributa temporalia, dicens etiam decimas esse tributa egentium animarum, quas Deus in signum universalis dominii, sibi que reddi debet, suas esse decimas inquit, in fin. vers. Quoniam igitur pari noloimus, ut Ecclesiæ, & Clericorum jura præsumptione qualibet minuantur: mandavimus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas Ecclesiis, & Clericis tuæ Diocesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione remota compellas, &c. c. decima 7. quest. 3. & hanc doctrinam ex his juribus sequitur Speculator in tit. de appellat. §. in quibus vers. 4. à nu. 5. & ibi in additione. Joan. Andr. & in d. c. una nobis Alciatus de iudiciis tit. in quibus casibus, & ex quibus causis appellari possit, sub n. 4. arguentes, quod cum non appellatur in tributis, nec à decimis, l. abstinentium, & l. fin. C. quorum appellat. non recip. l. nulli, vers. sic. sunt etiam C. cod. tit. c. ei qui, §. dissimulatio, & §. quoties 2. q. 6. Marah. de ord. jud. 6. p. tit. de appellat. n. 293. sequitur etiam Socinus in regul. 40. fallen. qui cum Bald. quem refert, eodem usus est argumento. Nicel. tract. de concor. gloss. concord. 6. full. 33. n. 52. f. 195. Rebuff. tract. de appellat. art. 7. gl. 2. n. 14. vers. quartus, Gregor. Tholosa. eodem tract. 2. p. cap. 9. n. 2. gloss. in cap. fin. in verbo quoties 2. qu. 6. Federic. de Sen. consil. 81. n. 5. Rebuff. tract. de

decimis quest. ult. nu. 21. latissime & optime Marquell. 66. fa. de commiss. 1. p. c. 13. n. 9. 16. 17. & 27. fol. 157. qui n. 17. dicit quod decimæ habent executionem paratam, quia illis jus assistit, & debitum est evidens Abb. in cap. tua nobis num. 9.

Et quia decimæ assignantur Clericis pro alimentis, ideo dilationem non patiuntur, ex dictis in c. præced. & probat text. in c. decimas, in vers. sed tardius dare peccatum est, 16. quest. 1. cap. cum hominis vers. mandamus, ubi gloss. in verb. fructibus, decimis. Marquella. 68. ubi proxime num. 17. & quia cum eorum solutionis tarditas contineat peccatum, non datur appellatio suspensiva; quia quando versatur circa favorem animarum, aut cultus divini; appellatio non causat attentata. Rota decis. 35. de appellat. in novis. Scaccia de appell. qu. 17. limit. 26. n. 1. Rebuff. tract. de sentent. provisional. in præfatione n. 37. & sub nu. 38. in fin. i. tom. fol. 229. Marquell. tract. de commiss. 1. p. c. 6. nu. 78. fol. 78. & nos alibi passim diximus.

Comprobatur insuper, quia si in vectigalibus, & tributis Principis solvendis appellans non auditur, l. abstinentium, C. quorum appellat. non recip. l. fin. cod. tit. gloss. in c. tua nobis, in verbo tributa, de decimis, Speculator. in tit. de appellat. §. in quibus n. 4. & 5. Angel. Aret. in l. sciendum n. 4. ff. de appellat. recip. in regul. 24. fall. 3. Nicel. tract. de concord. gloss. concord. 6. fall. 17. n. 50. in fin. Maran. ut. specul. 6. p. act. 2. tit. de appellat. n. 300. fol. 504. Rebuff. tract. de appellat. gloss. 2. n. 4. Reginell. tract. de appellat. §. 2. c. 3. sub n. 95. & seqq. & n. 131. Prosper. Paris. in praxi crim. q. 101. limit. 5. n. 70. & omnes statim citandi, sed decimæ sunt tributa animæ debita Principi cœlesti, cap. decima 66. 16. q. 1. gloss. d. c. tua nobis, verbo tributa, ergo in illo pariter suspensiva appellatio denegari debet, hoc argumento utuntur ferè omnes citati Doctores, & Scaccia de appellat. q. 17. limit. sub n. 1. melius Marquella de commiss. 1. p. c. 15. n. 9.

Et ideo cum decimæ solutio à jure sit divinus prove-niens, ut probat text. in c. 1. & cap. una cum c. seq. de decimis, dicuntur cibus domus Domini, c. reverentini 16. quest. 1. dixi ex aliis Rebuff. 3. tom. comment. or. tit. de liter. oblig. art. 6. gloss. n. 27. quod iudex Ecclesiasticus potest incipere à præcepto de solvendo, & monitorio, ut solventur decimæ debitæ, quando agitur de materia concernente animam ut in decimis, & idem dicit Cardin. in c. 1. de causa poss. & propriet. in clem. 2. q. 3. de iudiciis, & quo regulariter hoc iudicis Ecclesiastici præceptum, & monitorium resolvitur in simplicem citationem; an autem ab hujusmodi monitorio expedito pro solutione decimarum liceat appellari, vide latè Remdof. in tract. de monitoriis q. 57. per tot. ad quem te remitto, quod in tantum procedit, ut in commisionibus super appellatione à sententia decimarum non refertitur, nisi cum clausula ( sine retardatione solutionis decimarum ) latè Marquella tract. de commiss. r. p. c. 15. n. 16. 17. & 35. fol. 158. & seqq. ubi latè.

Hæc tamen conclusio limitatur, ut procedat, quando is à quo petuntur decimæ, allegaret consuetudinem, seu præscriptionem, vel aliam similem justam causam, ex his quas rejicit text. in d. c. tua nobis, quia tunc ( ut dictum est ) appellatio non admittitur: fecas autem si allegaret exceptionem, habitam à Papa, seu legitimam compositionem, quia tunc si non audiretur in ista allegatione, posset appellare. Joan. Andr. in d. c. tua nobis n. 7. & licet Anton. de Butr. num. 7. Abb. 9. & ita potest procedere, quod ex Anguis. conc. 27. refert & sequitur Ruginell. tract. d. c. appellat. §. 2. sub n. 256. tenet Scaccia de appellat. q. 17. limit. 13. nu. 2. & quod quando verum est, quod adest exemptio à Papa admittitur appellatio in causa decimarum suspensiva, tenet potest Abb. in c. cum non sit de appellat. & Henric. Boic. num. 8. & Butr. n. 9. Marquella. de commiss. 1. part. cap. 5. nu. 35. prout etiam in exemptione à tributis, quod dicitur appella-